¹⁹ *Et dixit ad me: Non es iudex super Dominum neque intellegens super Altissimum.* ²⁰ *Pereant enim multi praesentes, quam neglegatur quae anteposita est Dei lex.*

²¹ *Mandans enim mandavit Dominus venientibus quando venerunt, quid facientes viverent, et quid observantes non punirentur.*

²² *Hii autem non sunt persuasi et contradixerunt ei. Et constituerunt sibi cogitamenta vanitatis*

²³ *et proposuerunt sibi circumventiones delictorum. Et superdixerunt Altissimum non esse, et vias eius non cognoverunt.*

²⁴ *Et legem eius spreverunt et sponsiones eius abnegaverunt et legitimis eius fidem non habuerunt et opera eius non perfecerunt.*

²⁵ *Propter hoc, Ezra, vacua vacuis et plena plenis.*

²⁶ *Ecce enim tempus veniet, et erit quando venient signa quae praedixi tibi, et apparebit sponsa et apparescens*

hope for easier ones; but they who behave wickedly have suffered difficult times but will not see easier ones.”

¹⁹ And he said to me, “You are not a judge above the Lord, or wiser than the Most High! ²⁰ Let many perish who are now living, rather than that the law of God set before them be despised! ²¹ For, the Lord commanded those who came into the world, when they came, what they should do to live, and what they should observe to avoid punishment.

²² But they were not obedient, and spoke against him; and they devised for themselves vain thoughts,

²³ and proposed to themselves wicked frauds; they even said that the Most High does not exist, and they ignored his ways.

²⁴ And they scorned his law, and denied his covenants; and they have been unfaithful to his statutes, and have not performed his works.

²⁵ For this reason, Ezra, empty for empty and full for full.

²⁶ “For indeed, the time will come, that the bride will appear, even the city coming forth, and she will be seen who now is

¹⁹ The WEBBE has ‘God’ here in place of ‘the Lord’.

²⁰ The NRSV has ‘disregarded’ in place of ‘despised’.

²¹ Before ‘commanded’, the NRSV adds ‘strictly’.

²² The NRSV lacks ‘and’ at the start of the 2nd line.

²³ For the 1st line, the WEBBE reads, “They made cunning plans of wickedness.”

²⁴ The NRSV lacks the opening conjunction of the 1st & 3rd lines.

²⁵ The NRSV somewhat expands this verse, reading, “That is the reason, Ezra, that empty things are for the empty, and full things are for the full.”

²⁶ The NRSV reads, “For indeed, the time will come when the city that now is not seen shall appear, and the land that now is hidden shall be disclosed.”

civitas et ostendetur quae nunc subducitur terra. ²⁷ *Et omnis qui liberatus est de praedictis malis, ipse videbit mirabilia mea.* ²⁸ *Revelabitur enim Filius meus Iesus cum his qui cum eo, et iucundabit qui relictis sunt annis quadringentis.* ²⁹ *Et erit post annos hos, et morietur Filius meus Christus et omnes qui spiramentum habent hominis.* ³⁰ *Et convertetur saeculum in antiquum silentium diebus septem sicut in prioribus initiis, ita ut nemo derelinquatur.* ³¹ *Et erit post dies septem, et excitabitur qui nondum vigilat saeculum et morietur corruptum.* ³² *Et terra reddet qui in eam dormiunt, et pulvis qui in eo silentio habitant, et promptuaria reddent quae eis commendatae sunt animae.* ³³ *Et revelabitur Altissimus super sedem iudicii, et pertransibunt misericordiae, et longanimitas congregabitur,* ³⁴ *iudicium autem solum remanebit. Et veritas stabit et fides convalescet,* ³⁵ *et opus subsequetur et merces ostendetur, et iustitiae vigilabunt et iniustitiae non dormibunt.* ³⁶ *Et apparebit lacus tormenti et contra illum*

hidden from the earth. ²⁷ Whoever has been delivered from the evils that I have foretold shall see my wonders. ²⁸ For my son Jesus shall be revealed with those who are with him, and those who remain shall rejoice four hundred years. ²⁹ After those years, my son the Christ shall die, and all who draw human breath. ³⁰ Then the world shall be turned back to primeval silence for seven days, as it was at the first beginnings, so that no one shall be left. ³¹ After seven days, the world that is not yet awake shall be roused, and what is corruptible shall die. ³² The earth shall give up those who are asleep in it, and the dust those who rest there in silence; and the chambers shall give up the souls that have been committed to them. ³³ The Most High shall be revealed on the seat of judgment, and compassion shall pass away, and patience shall be withdrawn. ³⁴ Only judgment shall remain, truth shall stand, and faith shall grow strong. ³⁵ Recompense shall follow, and the reward shall be manifested; righteous deeds shall awake, and unrighteous deeds shall not sleep.

²⁷ The NRSV opens with, "Everyone who."

²⁸ The NRSV has 'the Messiah' in place of 'Jesus'.

²⁹ The NRSV has 'the Messiah' in place of 'the Christ'.

³⁰ For 'no one', the WEBBE has 'no human'.

³¹ In place of 'die', the NRSV has 'perish'.

³² The WEBBE has 'secret places' in place of 'chambers' (cf. 4:35).

³³ After 'judgement', the Syriac MS adds 'and the end will come'.

³⁴ The NRSV has 'faithfulness' in place of 'faith'.

³⁵ The text of vv. 36-105, which was formerly missing (in *Codex Sangermanensis*), has been restored, following *Codices Ambianensis, Complutensis, and Mazarinaeus*.

erit locus requietionis, et clibanus gehennae ostendetur et contra eam iucunditatis paradusus. ³⁷ Et dicet tunc Altissimus ad excitatas gentes: Videte et intellegite quem negastis vel cui non servistis vel cuius diligentias sprevestis. ³⁸ Videte contra et in contra, hic iucunditas et requies, et ibi ignis et tormenta. Haec autem loquetur ad eos in die iudicii. ³⁹ Haec talis quae neque solem habet neque lunam neque stellas, ⁴⁰ neque nubem neque tonitruum neque coruscationem, neque ventum neque aquam neque aerem, neque tenebras neque sero neque mane, ⁴¹ neque aestatem neque ver neque aestum, neque hiemem neque gelum neque frigus, neque grandinem neque pluviam neque ros, ⁴² neque meridiem neque noctem neque ante lucem, neque nitorem neque claritatem neque lucem, nisi solummodo splendorem claritatis Altissimi, unde omnes incipiant videre quae anteposita sunt. ⁴³ Spatium enim habebit sicut ebdomada annorum. ⁴⁴ Hoc est iudicium meum et constitutio eius, tibi autem soli ostendi haec.

³⁶ And the pit of torment shall appear, and opposite it shall be the place of rest; and the furnace of hell shall be disclosed, and opposite it the paradise of delight. ³⁷ And then, the Most High will say to the nations that have been raised from the dead, "Look now, and understand whom you have denied, and whom you have not served, and whose commandments you have despised. ³⁸ Look on this side and on that; here are delight and rest, and there are fire and torments." Thus, he will speak to them on the day of judgment. ³⁹ This is a day that has no sun nor moon nor stars, ⁴⁰ nor cloud nor thunder nor lightning, nor wind nor water nor air, nor darkness nor evening nor morning, ⁴¹ nor summer nor spring nor heat nor winter nor frost nor cold, nor hail nor rain nor dew, ⁴² nor noon nor night, nor dawn nor shining nor brightness nor light, but only the splendour of the glory of the Most High, by which all shall see what has been destined. ⁴³ It will last as though for a week of years. ⁴⁴ This is my judgment and its prescribed order; only to you have I shown these things."

³⁶ In place of 'Pit', here following the major *Eastern MSS*; the *Latin MSS* have 'Place'. The word translated 'of hell' is the Latin *gehennae*, often transliterated as a proper name, 'Gehenna'.

³⁷ The *NRSV* lacks a number of the occurrences of 'and' in this verse.

³⁸ 'He will speak' follows the major *Eastern MSS*; the *Latin MSS* have 'you will speak'.

³⁹ The *NRSV* lacks the opening 'This is', instead continuing the sentence from v. 38.

⁴⁰ Throughout vv. 40-42, the *NRSV* has 'or' in place of 'nor'.

⁴¹ The word rendered 'winter' could also mean 'storm'.

⁴² For 'what has been destined', the *WEBBE* has 'what has been set before them'.

⁴³ The *WEBBE* reads, "It will endure as though it were a week of years."

⁴⁴ The *NRSV* ends, "and to you alone I have shown these things."

⁴⁵ *Et respondi: Tunc et dixi, domine, et nunc dico: Beati praesentes et observantes quae a te constituta sunt.* ⁴⁶ *Sed de quibus erat oratio mea, quis enim est de praesentibus qui non peccavit, vel quis natorum qui non praeterivit sponsonem tuam?* ⁴⁷ *Et nunc video, quoniam ad paucos pertinebit futurum saeculum iucunditatem facere, multis autem tormenta.* ⁴⁸ *Increvit enim in nos cor malum, quod nos abalienavit ab his et deduxit nos in corruptionem, et itinera mortis ostendit nobis, semitas perditionis, et longe fecit nos a vita; et hoc non paucos, sed paene omnes qui creati sunt.*

⁴⁹ *Et respondit ad me et dixit: Audi me et instruum te et de sequenti corripiam te.* ⁵⁰ *Propter hoc non fecit Altissimus unum saeculum sed duo.* ⁵¹ *Tu enim quia dixisti non esse multos iustos sed paucos, impios vero multiplicari, audi ad haec.*

⁵² *Lapides electos si habueris paucos valde, ad numerum eorum conpones eos tibi, plumbum autem et fictile abundat.*

⁴⁵ And I answered and said, "Lord, I said then and I say now: Blessed are those who are alive and keep your commandments! ⁴⁶ But what of those for whom I prayed? For, who among the living is there that has not sinned, or who among mortals has not transgressed your covenant? ⁴⁷ Now I see that the world to come will bring delight to few but torments to many. ⁴⁸ For, an evil heart has grown up in us, which has alienated us from God, and has brought us into corruption and shown us the ways of death, the paths of perdition and removed us far from life – and that not merely for a few but for almost all who have been created."

⁴⁹ And he answered me and said, "Listen to me and I will instruct you and admonish you once more. ⁵⁰ For this reason, the Most High has made not one world but two. ⁵¹ For, as you have said that the just are not many but few, while the ungodly abound, listen to this.

⁵² "If you have just a few precious stones, you would arrange them according to their numbers; but lead and clay are

⁴⁵ The NRSV has 'O sovereign Lord' in place of 'Lord'.

⁴⁶ In place of 'among mortals', the WEBBE has 'of the children of men'; the Latin text has simply 'those born'.

⁴⁷ The NRSV & WEBBE have identical text for this verse.

⁴⁸ The NRSV transposes 'shown us' to before 'the paths'.

⁴⁹ After 'Listen to me', the NRSV inserts the name, 'Ezra'.

⁵⁰ The WEBBE has 'not made' in place of 'made not'.

⁵¹ In place of 'the just', the NRSV has 'the righteous'.

⁵² For this verse, here following the Latin, the NRSV & WEBBE read, "If you have just a few precious stones, will you add to them lead and clay?" It is not clear where this difference originates – possibly, those translations follow the Eastern MSS, or they may just be conjecturally emending what is a rather obscure text.

53 Et dixi: Domine, quomodo poterit? 54 Et dixit ad me: Non hoc solummodo, sed interroga terram et dicet tibi, adulare ei et narrabit tibi. 55 Dices enim ei: Aurum creas et argentum et aeramentum et ferrum quoque et plumbum et fictile. 56 Multiplicatur autem argentum super aurum, et aeramentum super argentum, et ferrum super aeramentum, plumbum super ferrum, et fictile super plumbum. 57 Aestima ergo tu quae haec sint pretiosa et desiderabilia, quod multiplicatur aut quod rarum nascitur.

58 Et dixi: Dominator domine, quod abundat vilius, quod enim rarius pretiosius est. 59 Et respondit ad me et dixit: In te ista pondera quae cogitasti, quoniam qui habet quod difficile est, gaudet super eum qui habet abundantia. 60 Sic et a me repromissa creatura. Iucundabor enim super paucis qui salvabuntur, propterea quod ipsi sunt qui gloriam meam nunc dominationem fecerunt et per quos nunc nomen meum nominatum est. 61 Et non contristabor super multitudinem eorum qui perierunt, ipsi enim sunt qui vaporum nunc adsimilati sunt et flammae ac fumo adaequati

abundant.” ⁵³ And I said, “Lord, how could that be?” ⁵⁴ And he said to me, “Not only that but ask the earth and she will tell you; defer to her, and she will declare it to you. ⁵⁵ Say to her, “You produce gold and silver and bronze, and also iron and lead and clay; ⁵⁶ however, silver is more abundant than gold, and bronze than silver, and iron than bronze, and lead than iron, and clay than lead.” ⁵⁷ Judge, therefore, which things are precious and desirable, those that are abundant or those that are rare?”

⁵⁸ And I said, “Sovereign Lord, what is plentiful is of less worth; for, what is rarer is more precious.” ⁵⁹ And he answered me and said, “Weigh within yourself what you have thought; for, he who has what is hard to get rejoices over him who has what is plentiful. ⁶⁰ So also is the judgment I have promised; for, I will rejoice over the few who will be saved, for they have made my glory prevail now and through them my name is now honoured. ⁶¹ I will not grieve over the great number of those who perish; for, it is they who are now like mist and like flame and smoke – they are set on fire and

⁵³ The NRSV & WEBBE lack the opening conjunction.

⁵⁴ Note the use of feminine pronouns in this personification of the earth.

⁵⁵ The WEBBE has ‘brass’ in place of ‘bronze’.

⁵⁶ The Latin text lacks ‘and’ (*et*) before ‘lead’ (*plumbum*).

⁵⁷ For ‘those that are’, the WEBBE reads ‘what is’ (twice in this verse).

⁵⁸ The NRSV & WEBBE lack the opening conjunction.

⁵⁹ The NRSV has ‘the person’ in place of both ‘he’ and ‘him’.

⁶⁰ The NRSV ends, “has now been honoured.”

⁶¹ In place of ‘great number’, the WEBBE has ‘multitude’.

sunt et exarserunt et ferverunt et extincti sunt. ⁶² *Et respondi et dixi: O tu terra, quid peperisti? Si sensus factus est de pulvere sicut et cetera creatura,* ⁶³ *melius enim erat et ipsum pulverem non esse natum, ut non sensus inde fieret.* ⁶⁴ *Nunc autem nobis cum crescit sensus, et propter hoc torquemur, quoniam scientes perimus.* ⁶⁵ *Lugeat hominum genus et agrestes bestiae laentur; lugeant omnes qui nati sunt, quadrupedia vero et pecora iucundentur.* ⁶⁶ *Multum enim melius est illis quam nobis. Non enim sperant iudicium, nec enim sciunt cruciamenta nec salutem post mortem repromissam sibi.* ⁶⁷ *Nobis autem quid prodest, quoniam salvati salvabimur sed tormento tormentabimur?* ⁶⁸ *Omnes enim qui nati sunt commixti sunt iniquitatibus et pleni sunt peccatis et gravati delictis.* ⁶⁹ *Et si non essemus post mortem in iudicio venientes, melius fortassis nobis venisset.* ⁷⁰ *Et respondit ad me et dixit: Et quando Altissimus faciens faciebat saeculum et Adam et omnes qui ex eo venerunt,*

burn hotly, and are extinguished.” ⁶² And I replied and said, “O earth, what have you brought forth, if the mind is made of dust like other creatures? ⁶³ For, it would have been better if the dust itself had not been born, so the mind might not be made from it. ⁶⁴ Now, the mind grows with us and, therefore, we are tormented, because we die and we know it. ⁶⁵ Let the human race lament but let the wild animals of the field be glad; let all who have been born lament but let four-footed animals and cattle rejoice. ⁶⁶ It is much better with them than with us; for, they do not look for judgment and do not know of torments or salvation promised to them after death. ⁶⁷ What does it profit us to be kept alive but afflicted with torment? ⁶⁸ For, all who have been born are mixed with iniquities, and are full of sins and laden with transgressions; ⁶⁹ and if, after death, we were not to come into judgment, perhaps it would have been better for us.” ⁷⁰ And he answered me and said, “When the Most High made the world and Adam and all came from him, he first prepared

⁶² In place of ‘what have you brought forth’, the WEBBE has ‘why have you produced’.

⁶³ The NRSV has ‘have been made’ in place of ‘be made’.

⁶⁴ The WEBBE & NRSV have ‘perish’ in place of ‘die’.

⁶⁵ In place of ‘the human race’, the WEBBE has ‘the race of men’ but *hominum genus* here is a common generic term. The NRSV has ‘the cattle and the flocks’ in place of ‘four-footed animals and cattle’.

⁶⁶ The NRSV has ‘any torment’ in place of ‘torments’.

⁶⁷ For ‘afflicted with torment’, the NRSV has ‘cruelly tormented’.

⁶⁸ In place of ‘mixed with’, the NRSV has ‘entangled in’.

⁶⁹ The WEBBE lacks the opening conjunction.

⁷⁰ The WEBBE lacks the opening conjunction and the words ‘and said’.

primum praeparavit iudicium et quae sunt iudicii. ⁷¹ *Et nunc de sermonibus tuis intellege, quoniam dixisti quia sensus nobis cum crescit.* ⁷² *Qui ergo commorantes sunt in terra hinc cruciabuntur, quoniam sensum habentes iniquitatem fecerunt, et mandata accipientes non servaverunt ea, et legem consecuti fraudaverunt eam quam acceperunt.* ⁷³ *Et quid habebunt dicere in iudicio vel quomodo respondebunt in novissimis temporibus?* ⁷⁴ *Quantum enim tempus, ex quo longanimitatem habuit Altissimus his qui inhabitant saeculum, et non propter eos, sed propter ea quae providit tempora.* ⁷⁵ *Et respondi et dixi: Si inveni gratiam coram te, domine, demonstra et hoc servo tuo, si post mortem vel nunc quando reddemus unusquisque animam suam, si conservati conservabimur in requie, donec veniant tempora illa in quibus incipies creaturam renovare, aut amodo cruciabimur?* ⁷⁶ *Et respondit ad me et dixit: Ostendam tibi et hoc. Tu autem noli commisceri cum eis qui spreverunt, neque connumeres te cum his qui cruciantur.* ⁷⁷ *Etenim est tibi thesaurus operum repositus apud Altissimum, sed non tibi*

the judgment and what pertains to the judgment. ⁷¹ Now, understand from your words; for, you have said that the mind grows with us. ⁷² Therefore, those who live on earth shall be tormented because, having understanding, they committed iniquity; and, receiving the commandments, they did not keep them; and, obtaining the law, they dealt unfaithfully with what they received. ⁷³ What, then, will they have to say in the judgment, or how will they answer in the last times? ⁷⁴ How long the Most High has been patient with those who inhabit the world – and not for their sake but because of the times that he has pre-ordained.” ⁷⁵ And I answered and said, “If I have found favour in your sight, Lord, show this also to your servant: whether after death, as soon as everyone of us yields up the soul, we shall be kept in rest until those times come when you will renew the creation, or whether we shall be tormented at once?”

⁷⁶ And he answered me and said, “I will show you that also but don’t join yourself with those who have shown scorn, or count yourself among those who are tormented. ⁷⁷ For, you have a treasure of works stored up with the Most High but it

⁷¹ Before ‘words’, the WEBBE & NRSV add ‘own’.

⁷² At the start of the verse, the NRSV adds, ‘For this reason’.

⁷³ The WEBBE & NRSV have identical translations for this verse.

⁷⁴ For ‘pre-ordained’, the NRSV & WEBBE have ‘foreordained’.

⁷⁵ The NRSV lacks the opening conjunction.

⁷⁶ The WEBBE lacks the words, ‘and said’.

⁷⁷ The WEBBE lacks ‘to’ after ‘shown’.

demonstrabitur usque in novissimis temporibus. ⁷⁸ *Nam de morte sermo: Quando profectus fuerit terminus sententiae ab Altissimo ut homo moriatur, recedente inspiratione de corpore ut dimittatur iterum ad eum qui dedit, adorare gloriam Altissimi primum.* ⁷⁹ *Et si quidem esset eorum qui spreverunt et non servaverunt viam Altissimi et eorum qui contempserunt legem eius et eorum qui oderunt eos qui timent Deum,* ⁸⁰ *haec inspirationes inhabitationes non ingredientur, sed vagantes erunt amodo in cruciamentis, dolentes semper et tristes, per septem vias.* ⁸¹ *Via prima, quia spreverunt legem Altissimi.* ⁸² *Secunda via, quia iam non possunt reversionem bonam facere, ut vivant.* ⁸³ *Tertia via, vident repositam mercedem his qui testamentis Altissimi crediderunt.* ⁸⁴ *Quarta via, considerabunt sibi in novissimis repositum cruciamentum.* ⁸⁵ *Quinta via, videntes aliorum habitacula ab angelis conservari cum silentio magno.* ⁸⁶ *Sexta via, videntes quemadmodum de eis pertransientem cruciamentum.* ⁸⁷ *Septima via, quae*

won't be shown to you until the end time. ⁷⁸ Now, concerning death, the teaching is: When the decisive decree has gone out from the Most High that a man shall die, as the spirit leaves the body to return again to him who gave it, first of all it adores the glory of the Most High. ⁷⁹ If it is one of those who have shown scorn and have not kept the way of the Most High, who despise his law and hate those who fear God, ⁸⁰ such spirits shall not enter habitations but shall immediately wander about in torments, ever grieving and sad, in seven ways. ⁸¹ The first way, because they have despised the law of the Most High. ⁸² The second way, because they can't now make a good repentance that they may live. ⁸³ The third way, to see the reward laid up for those who have trusted the covenants of the Most High. ⁸⁴ The fourth way, to ponder the torment laid up for themselves in the last days. ⁸⁵ The fifth way, to see how the habitations of the others are guarded by angels in profound quiet. ⁸⁶ The sixth way, to see how some of them will pass into torments. ⁸⁷ The seventh way, worse

⁷⁸ The NRSV has 'person' in place of 'man'.

⁷⁹ In place of 'despise' and 'hate', the NRSV has, respectively, 'have despised' and 'hated'.

⁸⁰ Before 'habitations', the NRSV adds 'into'.

⁸¹ The NRSV has 'scorned' in place of 'despised'.

⁸² The WEBBE & NRSV have near-identical text for this verse.

⁸³ For 'trusted', the WEBBE has 'believed'.

⁸⁴ The NRSV has 'consider' in place of 'ponder'.

⁸⁵ The WEBBE has 'dwelling places' in place of 'habitations'.

⁸⁶ For this verse, the WEBBE reads, "The sixth way, they will see how immediately some of them will pass into torment."

⁸⁷ In place of 'the aforesaid ways', the NRSV has 'the ways that have been mentioned'.

omnium supradictarum viarum maior est, quoniam detabescent in confusione et consumentur inhonoribus et marcescent in timoribus, videntes gloriam Altissimi coram quem viventes peccaverunt et coram quem incipient in novissimis temporibus iudicari.

⁸⁸ *Nam eorum qui servaverunt vias Altissimi ordo hic est, quando separari incipient a vaso corruptibili.* ⁸⁹ *In eo tempore commoratae servierunt cum labore Altissimo et omni hora sustinuerunt periculum, uti perfecte custodirent legislatoris legem.* ⁹⁰ *Propter quod hic de his sermo:* ⁹¹ *Inprimis vident cum exultatione multa gloriam eius qui suscipit eas, requiescent enim per septem ordines.* ⁹² *Ordo primus, quoniam cum labore multo certati sunt, ut vincerent cum eis plasmatum cogitamentum malum, ut non eas seducat a vita ad mortem.* ⁹³ *Secundus ordo, quoniam vident complicationem in qua vagantur impiorum animae et quae in eis manet punitio.* ⁹⁴ *Tertius ordo, videntes testimonium quod testificatus est eis qui plasmavit eas, quoniam viventes servaverunt quae per fidem data est lex.* ⁹⁵ *Quartus ordo, intellegentes requiem quam nunc in*

than all the aforesaid ways, because they shall pine away in confusion, and be consumed with shame, and shall wither with fear at seeing the glory of the Most High, before whom they sinned while they were alive, and before whom they are to be judged in the last times.

⁸⁸ “Now, this is the order of those who have kept the ways of the Most High, when they will be separated from their mortal body. ⁸⁹ In the time they lived in it, they painfully served the Most High and were in danger every hour to keep the law of the Lawgiver perfectly. ⁹⁰ So, this is the teaching concerning them: ⁹¹ First, they shall see with great joy the glory of him who receives them; for, they shall have rest in seven orders. ⁹² The first order, because they have striven with great effort to overcome the evil thought formed with them, lest it lead them astray from life into death. ⁹³ The second order, to see the perplexity in which the souls of the ungodly wander and the punishment that awaits them. ⁹⁴ The third order, to see the witness that he who formed them bears concerning them, that, while alive, they kept the law with which they were entrusted. ⁹⁵ The fourth order, to understand the rest they

⁸⁸ A more literal reading for ‘separated’ is ‘begin to be separated’.

⁸⁹ The NRSV has ‘laboriously’ in place of ‘painfully’.

⁹⁰ The WEBBE & NRSV open with ‘Therefore’ in place of ‘So’.

⁹¹ The NRSV opens with ‘First of all’.

⁹² Before ‘formed’, the NRSV adds ‘that was’.

⁹³ The NRSV & WEBBE have identical translations for this verse.

⁹⁴ In place of ‘to see’, the WEBBE & NRSV have ‘they see’.

⁹⁵ Cf. v. 85.

promptuariis eorum congregati requiescent cum silentio multo ab angelis conservati, et quae in novissimis eorum manet gloriam. ⁹⁶ *Quintus ordo, exultantes quomodo corruptibile effugerunt nunc, et futurum quomodo hereditatem possidebunt, adhuc autem videntes angustum et labore plenum quo iam liberati sunt et spatiosum incipiunt recipere, frutescentes et immortales.* ⁹⁷ *Sextus ordo, quando eis ostendetur quomodo incipiet vultus eorum fulgere sicut sol, et quomodo incipient stellis adsimilari lumini, amodo non corrupti.* ⁹⁸ *Septimus ordo, qui est omnibus supradictis maior, quoniam exultabunt cum fiducia et quoniam confidebunt non confusi et gaudebunt non reverentes; festinant enim videre vultum eius cui serviunt viventes et a quo incipiunt gloriosi mercedem recipere.* ⁹⁹ *Hic ordo animarum iustorum, ut amodo adnuntiatur; praedictae viae cruciatus quas patiuntur amodo qui neglexerint.*

¹⁰⁰ *Et respondi et dixi: Ergo dabitur tempus animabus, postquam separatae fuerint de corporibus, ut videant de quo mihi dixisti?* ¹⁰¹ *Et dixit mihi: Septem diebus erit libertas earum, ut videant in septem diebus qui praedicti*

now enjoy, being gathered into their chambers and guarded by angels in profound quiet, and the glory awaiting them in the last days. ⁹⁶ The fifth order, to rejoice that they have now escaped the corruptible and will inherit what is to come; and also see the straits and toil from which they have been delivered, and the spacious liberty that they are to receive and enjoy in immortality. ⁹⁷ The sixth order, when it is shown them how their face is to shine like the sun and how they will be made like starlight, being incorruptible from then on. ⁹⁸ The seventh order, greater than all the aforesaid, because they will rejoice with boldness, and will be confident without confusion, and will be glad without fear; for, they hurry to see the face of him whom they served in life and from whom they will receive their reward in glory. ⁹⁹ This is the order of the souls of the just, as henceforth is announced; and the previously mentioned are the ways of torment those who would not give heed shall suffer hereafter.”

¹⁰⁰ And I answered and said, “Will time thus be given to the souls, after they are separated from the bodies, to see what you have described to me?” ¹⁰¹ And he said to me, “They shall be free for seven days; so, in seven days they may see the

⁹⁶ The NRSV has ‘*what is corruptible*’ in place of ‘*the corruptible*’.

⁹⁷ In place of ‘*starlight*’, the NRSV & WEBBE have ‘*the light of the stars*’.

⁹⁸ The WEBBE has ‘*previously mentioned orders*’ in place of ‘*aforesaid*’.

⁹⁹ The NRSV has ‘*righteous*’ in place of ‘*just*’.

¹⁰⁰ The WEBBE lacks ‘*and said*’.

¹⁰¹ The literal translation of ‘*things*’ is ‘*words*’.

sunt sermones, et postea congregabuntur in habitaculis suis.

¹⁰² *Et respondi et dixi: Si inveni gratiam ante oculos tuos, demonstra mihi adhuc servo tuo, si in die iudicii iusti impios excusare poterint vel deprecari pro eis Altissimum,*

¹⁰³ *si patres pro filiis vel filii pro parentibus, si fratres pro fratribus, si adfines pro proximis si fidentes pro carissimis.*

¹⁰⁴ *Et respondit ad me et dixit: Quoniam invenisti gratiam coram oculis meis, et hoc tibi demonstrabo. Dies iudicii audax est et omnibus signaculum veritatis demonstrans. Quemadmodum nunc non mittit pater filium vel filius patrem aut dominus servum vel fidus carissimum, ut pro eo intellegat aut dormiat aut manducet aut curetur, ¹⁰⁵ sic numquam nemo pro aliquo rogabit; omnes enim portabunt unusquisque tunc iniustitias suas aut iustitias.*

^{106a} *Et respondi et dixi: Et quomodo invenimus modo, quoniam rogavit ^{106b/36b} primus Abraham propter Sodomitas, et Moyses pro patribus qui in deserto peccaverunt, ^{107/37} et Iesus qui post eum pro Israhel in diebus Achar, et Samuhel in diebus Saul, ^{108/38} et David pro confractioe, et Salomon pro eis qui in sanctifi-*

things foretold; after, they will gather in their dwellings.”

¹⁰² And I answered and said, “If I have found favour in your sight, show further to me, your servant, if, on the day of judgment, the just will be able to intercede for the ungodly or entreat the Most High for them, ¹⁰³ fathers for sons or sons for parents, brothers for brothers, relatives for kindred, or friends for their dearest.” ¹⁰⁴ And he answered me and said, “As you have found favour in my sight, I will show you this also. The Day of Judgment is bold and shows to all the seal of truth. Just as now a father doesn’t send his son, or a son his father, or a master his servant, or a friend his dearest, to be ill or sleep or eat or be healed in his place, ¹⁰⁵ so no one shall pray for another on that day, nor shall anyone lay a burden on another; for, all shall bear their own injustice or justice.”

¹⁰⁶ And I answered and said, “How then do we find that first Abraham prayed for the people of Sodom, and Moses for our ancestors who sinned in the desert, ¹⁰⁷ and Joshua after him for Israel in the days of Achan, ¹⁰⁸ and Samuel in the days of Saul, and David for the plague, and Solomon for those at the dedication, ¹⁰⁹ and Elijah for those who received the rain, and

¹⁰² The NRSV has ‘righteous’ in place of ‘just’.

¹⁰³ The WEBBE has ‘kindred for kindred’ in place of ‘brothers for brothers’.

¹⁰⁴ In place of ‘bold’, the WEBBE & NRSV have ‘decisive’.

¹⁰⁵ For ‘injustice or justice’, the NRSV has ‘righteousness and unrighteousness’.

¹⁰⁶ At this point, we come to the continuation of Ch. 7 as preserved in the standard editions of the Vg, wherein vv. 106–140 are numbered 36–70.

¹⁰⁷ This verse alludes to Jos 7:1.

¹⁰⁸ The Latin MSS lack ‘in the days of Saul’, here following the Syriac MS.

¹⁰⁹ Before ‘dead’, the NRSV adds ‘one who was’.

tionem, ^{109/39} et Helias pro his qui pluviam acceperunt et pro mortuo ut viveret, ^{110/40} et Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, et multi pro multis? ^{111/41} Si ergo modo, quando corruptibile increvit et iniustitia multiplicata est, exoraverunt iusti pro impiis, quare et tunc sic non erit?

^{112/42} Et respondit ad me et dixit: Praesens saeculum non est finis, gloria in eo non frequens manet, propter hoc oraverunt qui potuerunt pro invalidis. ^{113/43} Dies enim iudicii erit finis temporis huius et initium futuri immortalis temporis, in quo pertransivit corruptela, ^{114/44} soluta est intemperantia, abscisa est incredulitas, crevit autem iustitia, orta est veritas. ^{115/45} Tunc ergo nemo poterit misereri eius qui in iudicio victus fuerit, neque demergere eum qui vicerit.

^{116/46} Et respondi et dixi: Hic sermo meus primus et novissimus, quoniam melius erat non dare terram Adam vel, cum iam dedisset, coercere eum ut non peccaret.

^{117/47} Quid enim prodest omnibus in praesenti vivere in tristitia et mortuos sperare punctionem? ^{118/48} O tu quid fecisti, Adam? Si enim tu peccasti, non est factum solius

for the dead, that he might live, ¹¹⁰ and Hezekiah for the people in the days of Sennacherib, and many others prayed for many? ¹¹¹ So, if now, when corruption has increased and unrighteousness has multiplied, the righteous have prayed for the ungodly, why will it not be so then as well?"

¹¹² And he answered me and said, "This present world is not the end; the full glory doesn't remain in it; therefore, those who were able prayed for the weak. ¹¹³ But the day of judgment will be the end of this age and the start of the immortal age to come, in which corruption has passed away, ¹¹⁴ sinful indulgence has ended, infidelity has been cut off, but righteousness has grown, truth has appeared. ¹¹⁵ So, no one will then be able to have mercy on him who is condemned in judgment, or to harm him who is victorious."

¹¹⁶ And I answered and said, "This is my first and last comment: it would have been better if the earth had not produced Adam; or else, when it had produced him, had restrained him from sinning. ¹¹⁷ For, what good is it to all that they live in sorrow now and expect punishment after death? ¹¹⁸ O Adam, what have you done? For, though it was you

¹¹⁰ The WEBBE & NRSV have identical text for this verse.

¹¹¹ In place of 'increased' and 'multiplied', the WEBBE has, respectively, 'grown' and 'increased'.

¹¹² The WEBBE lacks 'and said' and both it and the NRSV omit the opening conjunction.

¹¹³ For 'immortal age', the WEBBE has 'immortality'.

¹¹⁴ The NRSV has 'unbelief' in place of 'infidelity'.

¹¹⁵ The literal translation of 'harm' is 'drown'.

¹¹⁶ The WEBBE opens with, "I answered then." Here, we follow the Latin text.

¹¹⁷ In place of 'sorrow', the WEBBE has 'heaviness'.

¹¹⁸ In place of 'who came from you' (*qui ex te advenimus*), the NRSV ends with 'who are your descendants'.

tuus casus sed et nostrum qui ex te advenimus. ^{119/49} *Quid enim nobis prodest, si promissum est nobis immortale tempus, nos vero mortalia opera egimus?* ^{120/50} *Et quoniam praedicta est nobis perennis spes, nos vero pessime vani facti sumus?* ^{121/51} *Et quoniam reposita sunt habitacula sanitatis et securitatis, nos vero male conversati sumus?* ^{122/52} *Et quoniam incipiet gloria Altissimi protegere eos qui caste conversati sunt, nos autem pessimis viis ambulavimus?* ^{123/53} *Et quoniam ostendetur paradus, cuius fructus incorruptus perseverat, in quo est saturitas et medella,* ^{124/54} *nos vero non ingrediemur, ingratis enim locis conversati sumus?* ^{125/55} *Et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum qui abstinentiam habuerunt, nostrae vero facies super tenebras nigrae?* ^{126/56} *Non enim cogitavimus viventes quando iniquitatem faciebamus, quid incipientes post mortem pati.* ^{127/57} *Et respondit et dixit: Hoc est cogitamentum certaminis, quem certavit qui super terram natus est homo,* ^{128/58} *ut si victus fuerit patiatur quod dixisti, si autem*

who sinned, the fall was not yours alone, but ours also who came from you. ¹¹⁹ For what good is it to us, if an immortal time is promised to us, but we have done deeds that bring death? ¹²⁰ And that an everlasting hope has been promised to us but we have miserably failed? ¹²¹ And that safe and healthful habitations have been reserved for us but we have lived wickedly? ¹²² And that the glory of the Most High will defend those who have led a pure life but we have walked in the most wicked ways? ¹²³ And that a paradise shall be revealed, whose fruit remains unspoiled and in which are abundance and healing ¹²⁴ but we shall not enter it because we have lived in perverse ways? ¹²⁵ And that the faces of those who practiced self-control shall shine more than the stars but our faces shall be blacker than darkness? ¹²⁶ For, while we lived and committed iniquity, we did not consider what we should suffer after death."

¹²⁷ And he answered and said, "This is the significance of the battle that men who are born on earth will wage: ¹²⁸ if they are defeated, they will suffer what you have said; but, if they

¹¹⁹ The NRSV has 'has been promised' in place of 'is promised'.

¹²⁰ The NRSV opens the verse by repeating 'What good is it' in place of 'And'.

¹²¹ The WEBBE has 'habitations of health and safety' in place of 'safe and healthful habitations'.

¹²² At the end of this verse, the WEBBE adds 'of all'.

¹²³ In place of 'remains unspoiled', the WEBBE has 'endures without decay'.

¹²⁴ The WEBBE & NRSV include the word up to 'enter it' as part of v. 123.

¹²⁵ The NRSV opens with 'Or' in place of 'And', as also throughout vv. 120–124.

¹²⁶ Before 'suffer', the WEBBE adds 'have to'.

¹²⁷ In place of 'men', the NRSV has 'all' and the WEBBE has 'humans'.

¹²⁸ The WEBBE has 'get the victory' in place of 'win victory'.

viderit recipiet quod dico, ^{129/59} quoniam haec est via, quam Moyses dixit cum viveret ad populum dicens: Elige tibi vitam ut vivas. ^{130/60} Non crediderunt autem ei, sed nec post eum prophetis, sed nec mihi qui locutus sum ad eos, ^{131/61} quoniam non esset tristitia in perditione eorum, sicut et futurum est gaudium super eos quibus persuasa est salus. ^{132/62} Et respondi et dixi: Scio, domine, quoniam nunc vocatus est Altissimus misericors, in eo quod misereatur qui nondum in saeculo advenerunt, ^{133/63} et miserator, in eo quod misereatur illis qui conversionem faciunt in lege eius, ^{134/64} et longanimis, quoniam longanimitatem praestat his qui peccaverunt quasi suis operibus, ^{135/65} et munificus, quoniam quidem donare vult pro exigere, ^{136/66} et multae misericordiae, quoniam multiplicat magis misericordias his qui praesentes sunt et qui praeterierunt et qui futuri sunt. ^{137/67} Si enim non multiplicaverit, non vivificabitur saeculum cum his qui habitant in eo. ^{138/68} Et donator, quoniam si non donaverit de bonitate sua, ut advenientur

win victory, they will receive what I have said. ¹²⁹ For, this is the way that Moses spoke to the people while he lived, saying, "Choose life, that you may live!" ¹³⁰ But they did not believe him or the prophets after him, or even me, who have spoken to them. ¹³¹ So, there will not be grief at their destruction, so much as joy over those to whom salvation is assured." ¹³² And I answered and said, "I know, Lord, that the Most High is now called merciful, because he has mercy on those who have not yet come into the world; ¹³³ and gracious, because he shows grace to those who turn in repentance to his law; ¹³⁴ and patient, because he has patience for those who have sinned, since they are his creatures; ¹³⁵ and bountiful, because he would rather give than take away; ¹³⁶ and most merciful, because he makes his mercy abound more and more to those now living and to those who are gone and to those yet to come – ¹³⁷ for, if he did not make them abound, the world with those who inhabit it would not have life – ¹³⁸ and he is called the forgiver; for, if he did not

¹²⁹ The NRSV opens, "For, this is the way of which Moses, while he was alive, spoke to the people, saying."

¹³⁰ In place of 'me', the NRSV has 'myself'.

¹³¹ The WEBBE has 'such heaviness' in place of 'grief'.

¹³² The WEBBE opens, "Then I answered."

¹³³ In place of 'gracious', the WEBBE has 'compassionate'.

¹³⁴ The NRSV adds 'own' before 'creatures'.

¹³⁵ The WEBBE has 'is ready to give' in place of 'would rather give'.

¹³⁶ In place of 'most merciful', the NRSV has 'abundant in compassion'.

¹³⁷ This verse is a parenthetical note on the that preceding it.

¹³⁸ In place of 'forgiver' and 'forgive', the NRSV has 'giver' and 'give'.

hii qui iniquitates fecerunt de suis iniquitatibus, non poterit decies millesima pars hominum vivificari, ^{139/69} et iudex, si non ignoverit his qui creati sunt verbo eius et deleverit multitudinem contemptionum, non fortassis derelinquentur innumerabilem multitudinem nisi pauci valde.

forgive out of his goodness so those who have committed sins might be relieved of them, not one ten-thousandth of mankind could have life; ¹³⁹ and the judge; for, if he did not pardon those who were created by his word and blot out the multitude of sins, there would probably be left of the innumerable multitude only very few.”

¹³⁹ The NRSV & WEBBE place the text from ‘there would probably’ in a separate verse (v. 140); here we follow the *Latin* (OCP) divisions.

Esdrae IV 8

¹ *Et respondit ad me et dixit: Hoc saeculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos.* ² *Dicam autem coram te similitudinem, Ezra. Quomodo autem interrogabis terram et dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis unde fiat fictile, parvum autem pulverem unde aurum fit, sic et actus praesentis saeculi.* ³ *Multi quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur.*

⁴ *Et respondi et dixi: Absolve ergo anima sensum et devoret quod sapit.* ⁵ *Convenisti inobaudire et profecta es nolens, nec enim tibi est datum spatium nisi solum modicum vivere.* ⁶ *O Domine super nos, si permittes servo tuo, ut oremus coram te et des nobis semen cordis et sensui culturam unde fructum fiat, unde vivere possit omnis corruptus qui portabit locum hominis.* ⁷ *Solus enim es, et una plasmatio nos sumus manuum tuarum, sicut locutus es.* ⁸ *Et quoniam vivificas nunc in matrice plasmatum corpus et praestas membra, conservatur in igne et aqua tua*

2 ESDRAS 8

¹ He answered me and said, "The Most High made this world for the sake of many but the world to come for the sake of a few." ² But I tell you a parable, Ezra. Just as, when you ask the earth, it will tell you that it provides a large amount of clay from which earthenware is made, but only a little dust from which gold comes, so is the course of the present world. ³ Many have been created but few shall be saved."

⁴ I answered and said, "Therefore, let the soul free itself from sense and devour what it knows." ⁵ For, you have come here apart from your will and depart against your will; for, you have been given only a short time to live. ⁶ O Lord above us, grant to your servant that we may pray before you and give us seed for our heart and cultivation of our understanding, so fruit may be grom, by which every mortal who bears the likeness of a man live. ⁷ For, you alone exist and we are work of your hands, as you have said; ⁸ and, because you give life to the body that is now fashioned in the womb, and give it

2 ESDRAS 8

¹ The WEBBE lacks both instances of 'the sake of', here following the NRSV.

² Throughout the book, the WEBBE uses the name 'Esdrae' in place of 'Ezra'.

³ In place of 'few', the NRSV has 'only a few'.

⁴ For this verse, here following the Latin text, the NRSV ends, "Then drink your fill of understanding, O my soul, and drink wisdom, O my heart."

⁵ 'You have come here' follow the Syriac MS; the Latin text is corrupt/incorrect.

⁶ In place of 'likeness', here following the Syriac MS, the Latin MSS have 'place' (*locum*).

⁷ For 'work', the WEBBE has 'all one workmanship'.

⁸ The NRSV ends, "your creature that has been created in it."

creatio et novem mensibus patitur tua plasmatio tuae creaturae quae in eo creata est. ⁹ Ipsum autem quod servat et quod servatur utraque servabuntur servatione tua. Et quando iterum reddit matrix quae in ea creverint, ¹⁰ imperasti ut ex ipsis membris, hoc est mammillis, praebere lac, fructum mamillarum, ¹¹ ut nutriatur id quod plasmatum est usque in tempus aliquem. Et postea dispones eum tuae misericordiae, ¹² enutristi eum tuae iustitiae, et erudisti eum in lege tua et corripuisti eum tuo intellectu, ¹³ et mortificabis eum ut tuam creaturam et vivificabis eum ut tuum opus. ¹⁴ Si ergo perdidit qui tantis laboribus plasmatus est tuo iussu, facili ordine, et ut quid fiebat? ¹⁵ Et nunc dicens dicam: De omni homine tu magis scis, de populo autem tuo quod mihi dolet, ¹⁶ et de hereditate tua propter quam lugeo, et de Israhel propter quem tristis sum, et de semine Iacob propter quod conturbor. ¹⁷ Ideo incipiam orare coram te pro me et pro eis, quoniam video lapsos nostros qui inhabitamus terram,

members, your creature is preserved in fire and water and for nine months the womb endures your work created in it. ⁹ But the keeper and the kept will both be kept by your keeping. And, when the womb gives up again what has been created in it, ¹⁰ you have ordered that from the members (that is, from the breasts) be given milk, the fruit of the breasts, ¹¹ so what is fashioned may be nourished for a time; and afterwards you guide it in your mercy. ¹² You have raised it in your righteousness, nurtured it in your law, and reprovved it in your wisdom. ¹³ You put it to death as your creation and revive it as your work. ¹⁴ If then, you suddenly and quickly destroy what with so great labour was fashioned by your command, why was he made? ¹⁵ And now I will speak: About all men, you know best; but for your people, for whom I grieve, ¹⁶ and for your inheritance, for whom I lament, and about Israel, for whom I am sad, and about the seed of Jacob, for whom I am troubled. ¹⁷ Therefore, I will pray before you for myself and for them; for, I see the failings of us who inhabit the land;

⁹ According to a footnote in the WEBBE, 'by your keeping' follows the Syriac MS and the Latin text is imperfect.

¹⁰ The WEBBE has 'parts of the body' in place of 'members'.

¹¹ The NRSV adds 'will still' before 'guide'.

¹² In place of 'raised' and 'nurtured', the NRSV has, respectively, 'nurtured' and 'instructed'.

¹³ The NRSV has 'make it live' in place of 'revive it'.

¹⁴ This verse follows the Syriac MS; the Latin MSS read, "If, then, you destroy him who was fashioned with so much labour by your command, in an easy order, and as it were, what was done?"

¹⁵ The NRSV has 'all humankind' in place of 'all men'.

¹⁶ The WEBBE has 'heavy' in place of 'sad'.

¹⁷ In place of 'land', the NRSV has 'earth'.

¹⁸ *sed audivi celeritatem iudicii quod futurum est.* ¹⁹ *Ideo audi meam vocem et intellege sermonum meorum, et loquar coram te.*

²⁰ *Initium verborum Ezrae priusquam adsumeretur, et dixit: Domine qui habitas in saeculum, cuius oculi elati et superna in aerem,* ²¹ *et cuius thronus inaestimabilis et gloria inconprehensibilis, cui adstat exercitus angelorum cum tremore,* ²² *quorum servatio in vento et igni convertitur, cuius verbum verum et dicta perseverantia,* ²³ *cuius iussio fortis et dispositio terribilis, cuius aspectus arefecit abyssos et indignatio tabescere facit montes et veritas testificatur.* ²⁴ *Exaudi, Domine, orationem servi tui et auribus percipe precationem figmenti tui, intende verba mea.* ²⁵ *Dum enim vivo loquar et dum sapio respondeam.* ²⁶ *Ne aspicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate serviunt.* ²⁷ *Nec adendas impie agentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt.* ²⁸ *Neque cogites*

¹⁸ but I have heard of the speed of the judgment to come. ¹⁹ So, hear my voice and understand my words, and I will speak before you."

²⁰ The beginning of the words of Ezra, before he was taken up; and he said, "Lord, who live forever, whose eyes are exalted and lifted up in the air, ²¹ whose throne is immeasurable, whose glory is incomprehensible, before whom the army of angels tremble, ²² at whose order they become wind and fire, whose word is sure and sayings constant, whose command is strong and law terrible, ²³ whose look dries up depths and whose scorn melts mountains, and whose truth bears witness – ²⁴ hear, Lord, the prayer of your servant and give ear to the petition of your work; attend to my words. ²⁵ For, while I live, I will speak and while I am wise, I will answer. ²⁶ Do not look on the sins of your people but on those who serve you in truth, ²⁷ nor regard the deeds of the wicked but the works of those who have kept your covenants in pain.

¹⁸ The NRSV has 'swiftness' in place of 'speed'.

¹⁹ The WEBBE has 'saying' in place of 'words'.

²⁰ In place of 'Ezra', the NRSV has 'Ezra's prayer'.

²¹ The NRSV has 'hosts' in place of 'army'.

²² The opening clause follows the major Eastern MSS; the Latin text has, "even they whose service takes the form of wind and fire."

²³ The NRSV adds the definite article before 'depths' and 'mountains'.

²⁴ For the end of the verse, here following the WEBBE, the NRSV reads, "and whose truth is established forever."

²⁵ The NRSV has 'I have understanding' in place of 'I am wise'.

²⁶ At the start of this verse, the NRSV adds 'O'.

²⁷ In place of 'deeds' (twice in this verse), the NRSV has 'endeavours'.

qui in conspectu tuo false conversati sunt, sed memorare qui ex voluntate tuum timorem cognoverunt. ²⁹ *Neque volueris perdere qui pecorum mores habuerunt, sed respicias eos qui legem tuam splendide docuerunt.* ³⁰ *Neque indigneris eis qui bestiis peius sunt iudicati, sed diligas eos qui semper in tua gloria confiderunt.* ³¹ *Quoniam nos et patres nostri mortalibus moribus egimus, tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis.* ³² *Si enim desideraveris ut nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis enim non habentibus opera iustitiae.* ³³ *Iusti enim, quibus sunt operae multae repositae apud te, ex propriis operibus recipient mercedem.* ³⁴ *Quid est enim homo, ut ei indigneris, aut genus corruptibile, ut ita amariceris de ipso?* ³⁵ *In veritate enim nemo de genitis est qui non impie gessit, et de confitentibus qui non deliquit.* ³⁶ *In hoc enim adnuntiabitur iustitia tua et bonitas tua, Domine, cum misertus fueris eis qui non habent substantiam operum bonorum.*

